

inquit, eos esse nominatos Thyestas, (Creophagos, capernaitas, &c.) quod dicerent se carne & sanguine Christi vesci: qua de causa Auerrois baptizatus defecit à Christianismo, quod nimis absurdum esse, & stultum populum istum censeret, qui se Dei sui carnem & sanguinem comedere crederet.

*Origen 13. conc. in Exodum.*

Suscipientes corpus Domini, reuerenter agite. Et homil. 6. in diuersos: Quando uisita pane & poculo frueris, manducas & bibis corpus & sanguinem dominicum, & Dominus sub tectum tuum ingreditur.

*Athanasius contra Arrium.*

In sacro altari exhibet panem caelestem, incorruptibilem, & uiuificum, sanctum corpus, & uinum in cratere sanguinem suum.

*Cyprianus.*

Panis iste, quem Dominus discipulis porrigebat, non effigie, sed natura, Omnipotentia Verbi, factus est Caro. Et sicut in persona Christi humanitas uidebatur, & latebat diuinitas: ita sacramento visibili ineffabiliter

K 2

diuina